

Herimannus marchio de Bada. Wernherus comes de Bathen. Ūthelricus comes de Lenzenburch. Ūthelricus comes de Horninga<sup>a</sup>). Heinricus comes de Cazzenelenbogen<sup>b</sup>). Marquardus. Sibodo. Theodericus comes de Montbeliart et alii plures, qui tunc affuere. — —

:Signum domni Cōnradi Romanorum regis secundi invictissimi<sup>c</sup>): (M.) (SJ.)

:Ego Arnoldus cancellarius vice Heinrici Moguntini archiepiscopi et archicancel- 5  
larii recognovi<sup>d</sup>):

Data<sup>e</sup>) anno dominicę incarnationis M̄ C̄ XLVII, indictione x, anno vero domini Cōnradi secundi regis invictissimi VIII; actum<sup>f</sup>) Frankenevort<sup>g</sup>); in Christo feliciter amen.

## 201.

*Bischof Udo von Naumburg übereignet dem Domherrenstift zu Zeitz verschiedene Güter, darunter 10  
das Dorf Olsen, mit der Bestimmung, den Sterbetag seines Vaters, des Grafen Ludwig, mit Messen  
und Vigilien zu begehen. — Zeuge: Der Kloostervogt Markgraf Konrad. Zeitz, 1147 April 13.*

*Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Zeitz. S. des Bischofs gut erhalten. Phot. H. St. A.*

*Gedr.: Schöttgen, Leben Konrads 302; v. Braun, Monatlicher Auszug der Gesch. von Sachsen 2,73.*

In nomine sanctę et individue trinitatis. Uto humilis gratia dei Nuenburgensis 15  
episcopus cunctis Christi fidelibus dilectionem pacis et veritatis et benedictionem divine  
maiestatis. | Spiritualis rector congrue tenet curam subditorum, si non solum secundum  
perennem, verum etiam secundum presentem vitam provideat utilitatibus eorum. Exteriori  
quippe iuvamine | demonstratur, qualis amor erga subditos interiori habeatur, sicque pro-  
bata foris dilectione mentes meliorantur interiori provectione. Igitur ut pro utilitate fraterna 20  
premia accipiam superna, | nota sit universitati vestre, fideles, quantulacumque presentis  
munificentię traditio, ut roborat eam probatissima consuetudine multis oblata cognitio.  
Dilectissimis enim fratribus meis Cizensis ecclesię canonicis contradidi in ipsorum per-  
petuos et liberos usus tres villas videlicet Westorph, Holsane et Ozedo cum omnibus  
attinentiis, scilicet areis pratis pascuis silvis cultis et incultis aquis aquarumque decursibus 25  
viis et inviis exitibus et redditibus et cum omni utilitate, que nunc inest vel in omni post-  
modum tempore inesse poterit. Porro in testimonium largitionis Westorph constitui, ut  
fratres in festo beati Lamberti episcopi et martyris cantent ipsius hystoriam et ad pro-  
cessionem in adventu domini antiphonam: ‚Ecce carissimi‘. Holsane vero dedi eis pro  
anima patris mei Lodowici comitis et constitui cum voluntate eorum, ut agant anni- 30  
versarium eius per se et successores suos per omne seculi tempus cum missarum pro  
defunctis et vigiliarum celebratione et pauperum refectione et ut in ipsa anniversarii<sup>a</sup>) die  
habeant plenariam refectionem de eadem villa itemque aliam de ea in festo apostoli  
Thome. Partem autem in Ozedo tribui eis pro villa dicta Rōboce, que eorum fuit, qua

199 und 200. a) Orninga B. b) Cazzelenbogen C. c) fehlt B. d) Die Unterschriftzeilen von anderer Hand als die 35  
erste Zeile und vorausgefertigt, da die letzten Textzeilen enger zusammenrücken. e) Actum B. f) Data B.  
g) Frankenewort B.

201. a) anniversarii.